Fragmentarium

VIII B20/67

locum deserit in quo prius fuit. Est autem foras exi
re. se ipsum foris astantium aspectibus ingerere. Idem
no est uenire quod uocant appropinquare. Quod est
autem resuscitatum inde ubi mortuus iacuerat
exire: nisi peccatum suum perit et in perpetuum de
fere. [illegible] quelibet coram se aspectibus per
quos solum poterat presentare: nisi criminosum
quelibet quibus peccatorum nexibus teneatur sui ipsius
accusatione ostenderet. Vocanti domino appropinquare.
qui dignis penitentie fructibus deum de die in diem
placat. Primum pertinet ad uotum continendi.
secundum ad uotum confitendi. tertium ad uotum satisfa
ciendi. Ecce quomodo quidam in pastoris presentia ac
ceperunt triplex hoc uotum quod prius omnino non
habuerunt. Sed nunc ad illud redeamus propter quod
predicta omnia digessimus. Distinguamus dili
genter quid dominus faciat per semetipsum quid faciat
per ministerium suum. Per semetipsum resuscitat mor
tuum. per ministros soluit ligatum. Per semetipsum
mundat leprosum: ministerio sacerdotis reducit
eiectum. Mortuum resuscitare. leprosum mundare.
ad idem uidetur respicere: nam utrobique soluitur ob
ligatio culpe. Sed et uinctum soluere ut eiectum re
ducere. ad idem nichilominus uidetur respicere: quoniam
utrobique soluitur obligatio pene. Leprosus mun
datur: quando prius quam pravitatis sue sordibus diu
nitus exuitur. Mortuus resuscitatur: quando peccato capti
uatus ad bene uiuendum diuinitus animatur. Post
emundationem lepre sacerdotali officio interue
niente. eiectus prius in sua reducitur: quando eterne
quietis mansione quam peccando amiserat. per
iniunctam satisfactionem recuperasse cognoscitur.
Iniustis inuoluitur. et a domini ministris soluitur. abi
re et ad sua redire permittitur: quando per absolutionem
et consilium sacerdotis ad uite nouitatem refor
De eaque superius dicta s[unt] | matur.
quidam opponunt et dicunt. Qui ueraciter de
suis criminibus penitent: pro certo iam caritatem ha
bent. Alioquin quod scribitur: quomodo de eis recte intel
ligitur. Quacumque hora peccator ingemuerit: saluus
erit. Nemo enim qui caritatis capax est. sine ca

ritate saluari non potest. Sed ut putant qui caritatem
habent debito dampnationis eterne teneri non
ualet. Quomodo ergo sacerdos eum ab eiusmodi debito
absoluit: qui ante sacerdotalem absolutionem carita
te interueniente absolui iam meruit. Sed absque
ulla dubitatione patriarche et prophete caritatem ha
buerunt: et tamen tenebantur debito dampnationis
eterne. Alioquin non ad inferna descenderent nec christi
morti in sua redemptione egerent. absque ulla
enim ambiguitate tenebantur debito dampnationis
eterne. Non quia eis eterna fuit: sed quia eis eterna esset nisi
mors christi eos ab hoc debito absolueret. Constat
ergo quod utrumque simul contingat. ut et homo carita
tem habeat. et eum adhuc debitum dampnatio
nis teneat. Nonne inquiunt iste peccator christi mem
brum esse cepit. ex quo caritatem habere cepit. Quomodo
ergo potius membrum christi et debito dampnationis
teneri. Membrum christi dici potest homo secundum gemi
nam considerationem. aut secundum predestinationem aut
secundum habitudinem. Secundum predestinationem prius quis
membrum christi esse et nondum caritatem habere et econuerso.
christi quis membrum non esse et caritatem habere. Iuxta
namque [illegible] testimonium. refrigescit caritas mul
torum. Sed [illegible] hac acceptione contingit hominem
esse membrum christi et adhuc debite dampnationis
[illegible]. Secundum habitudinem autem membrum
christi dicitur [illegible] habet unde hoc ipsum efficitur.
[illegible] membrum christi caritas illa facit que ad
tempus uidetur: et in modico refrigescit. Absque du
bio qui perseuerantem caritatem numquam acceperunt.
numquam de ueris illis membris christi fuerunt. que corporis
eius integritatem perficiunt. Secundum quandam tamen accep
tionem possumus et solemus caritatem transitoriam habentes
membra christi dicere. propter membrorum christi conformita
tem. quam ad tempus uidentur habere. Sed ut aperte que
renti omne scrupulum amoueamus. dicimus quod
triplici modo membra christi dicere solemus. Predesti
natione. preparatione. compunctione. Predestinati
one. ut qui ad uitam diuinitus preordinatur. Prepara
tione. quando paganus uel falsus christianus ueraciter com
pungitur. et ad uitam et caritatem imbuitur. Com

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/67, fol. [1]r – Richardus de Sancto Victore, <i>De potestate ligandi et solvendi</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-4r4d/6687/56393)